



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Exacta Facti Species Cum solida Remonstratione non  
existentis Prætensæ Electionis Serenissimi Principis  
Josephi Clementis Bavariæ Ducis junctâ resolutione  
diversarum quæstionum pro firmando ...**

**[Ort nicht ermittelt], Anno M.DC.LXXXIX.**

Lit. A / Ad Lit. A.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38262**

# PROPOSITIO REFUTATIO

Quæ à Sacra Cæsarea Majestatis Legato, Excellentissimo Domino Comite de Kaunitz, Illustrissimo & Reverendissimo Capitulo Metropolitanæ Ecclesiae Colonensis 14. Julij 1688. prælecta fuit..

## Lit. A.

**I**ngemuit Sacra Cæsarea Bohemiæ & Hungariæ Regia Majestas, dum tristem de obitu Serenissimi & Reverendissimi Principis ac Domini, D. Maximiliani Henrici Archi-Episcopi Coloniensis, Sacri Romani Imperii Principis Electoris, per Italiam Archi-Cancellarij, & Sanctæ sedis Apostolicæ Legati nati, Episcopi ac Principis Hildesiensis & Leodiensis, Electi Episcopi Monasteriensis, Administratoris Berchesgadensis, utriusque Bavariae, superioris Palatinatus, Westphaliæ, Angariæ & Bonvillonij Ducis, Comitis Palatini Rheni, Landgravij Leuchtenbergensis, Burggravij Stromb. Marchionis Franchimont, Comitis Lossensis & Hornensis &c..

## Ad Lit. A.

**L**audandus est Sacra Cæsarea Majestatis dolor, de morte Reverendissimi Electoris conceptus, ac propter teneritudine immortales debentur gratiæ, quas Eminentissimus Dominus Cardinalis, uti designatus à sua Serenitate in vivis Successor humillimâ submissione hisce rependit, gaudetque simul dolere ideo Majestatem suam de morte Electoris quam maximè, quod tam pium, prudentem ac solerter Regentem huic Diœcesi & Imperio subtraxerit, si enim Laudem meretur gestum Domino Electore Regimen, non poterunt vituperium pati Eminentissimi Domini Cardinalis Actiones & condilia, à quorum directione, ut Continuò Eminentiaæ suæ ac

Nun

Nuntium percepit, auxit  
vero dolorem, tum ipsa Con-  
sanguinitas, tum defuncti  
Principis pietas, prudentia  
& Laudabiliter gestum Re-  
gimen, cuius defectus non  
exiguam huic Diœcesi & Ro-  
mano Imperio Cladem & ja-  
turam intulit, adeò ut jam  
totius Christianitatis maxi-  
me intersit, talem iterum Archi-Episcopum & Electorem  
eligi, qui prioris vestigiis insistat, & simili modo in colum-  
tati Ecclesiæ, & Imperij prospiciat, libertatem quoque Na-  
tionis Germaniæ strenue defendat, & imminentia quæcun-  
que pericula ab hoc Archi-Episcopatu, in finibus Imperij  
sito, prudenter avertat.

*Lit. B.*

**R**ecordari sine dubio Do-  
minos Capitulares, quid  
Legatus antè hac, cum de  
negotio Coadjutoriæ agere-  
tur, iisdem ob oculos posue-  
rit, qua ratione summus Pon-  
tifex eosdem dehortatus sit,  
Et quæ Mandata ab Auditore  
Cameræ publicis valvis  
affixa fuerint, quibus utique  
referendum erat, quod ve-  
rò Paternæ, & Sanctitatis, &  
Majestatis suæ admonitio-  
nes spretæ tum temporis  
fuerint, suo jam loco relin-  
qui; Nunc verò vacante Ar-

tribui voluit Regimen Electro-  
re dependit nec fecerit quic-  
quam Eminentia sua, nisi  
sciente, volente, & appro-  
bante Serenissimo Electore,  
adeoque ut si quid Regimini  
Electoris posset objici, id E-  
lectori potius, quam Cardi-  
nali foret imputandum.

*Ad Litt. B.*

**A**gitur jam de Electione  
aut postulatione Princi-  
pis Electoris, non verò de  
Coadjutoris deputatione,  
Ideoque frustra huc revo-  
cantur præterita, suo etiam  
loco relinquuntur, quouscun-  
que Advocatiæ munus, vel  
authoritas in Ecclesiis Me-  
tropolitanis & Cathedrali-  
bus se extendat, nec ullum  
est dubium quin D. D. Capi-  
tulares, juramenti sui reli-  
gione ducendi, ecque vota  
sua & cogitationes directuri  
sint, ut talis eligatur Archi-  
chi-